

ut istanc rem video, istius obsaturabere.

870 sed ut uti istaec sunt, cautim et paulatim dabis  
si sapias. *ME.* faciam. *CH.* abi intro : vidē quid postulet. 30  
ego domi ero siquid me voles. *ME.* sane volo ;  
nam te scientem faciam quidquid egero.

## ACTVS V

MENEDEMVS CHREMES

i

*ME.* Ego me non tam astutum neque ita perspicacem esse  
id scio ;

875 sed hic adiutor meus et monitor et praemonstrator Chremes  
hoc mihi praestat : in me quidvis harum rerum convenit  
quae sunt dicta in stulto, caudex stipes asinu' plumbeus ;  
in illum nil potest : exsuperat ei(u)s stultitia haec omnia. 5

*CH.* ohe iam desine deos, uxor, gratulando obtundere  
880 tuam esse inventam gnatum, nisi illos ex tuo ingenio iudicas  
ut nil credas intellegere nisi idem dictumst centiens.

sed interim quid illic iamdudum gnatu' cessat cum Syro ?

*ME.* quos ais homines, Chreme, cessare ? *CH.* ehem, 10  
Menedeme, advenis ?

dic mihi, Cliniae quae dixi nuntiastin ? *ME.* omnia.

885 *CH.* quid ait ? *ME.* gaudere adeo coepit quasi qui cupiunt  
nuptias

*CH.* hahaha. *ME.* quid risisti ? *CH.* servi venere in  
mentem Syri